

nascatur.

**M**agná uim esse infortuna in utrâq; partem uel secundas ad res uel aduersas quis ignorat.

**N**am et cū prospero flatu eius utimur: adoptatos exitus prouehimur: et cum reflauit: affligimur.

**H**ec igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet. p̄mū ab inanimatis, pcellas. tempestates: naufragia: ruinas: incendia: Deinde a bestiis ictus: morsus: impetus: Hec igitur ut dixi rariores: At uō interitus exercituum ut proxime triū: sepe multorum clades imperatorum / ut nuper summi ac singularis uiri inuidie preterea multitudinis: atq; obeas benemeritorum sepe ciuium expulsioniones: calamitates fuge:

**R**ursusq; secunde res: honores imperia: uictorie q̄q; fortuita sunt tñ sine hominum operibus et studiis neutra in parte effici possunt.

**M**ale eis se res habet: cū qd' uirtute effici debet: id temptatur pecunia.

**R**erū autē oium nec aptius est quicq; ad opes tuendas ac tenendas: q̄ diligi: nec alius q̄ timeri. **P**reclare **E**rmius: quem